



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 374. 375. De traditis bonis in Goldbiki et Mulinhus in pagis Wikanavelde
et Suilbergi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno
900vsque
910 re-
gnante
Hfudo-
uico

§. 373.

Tradidit bardo II familiaſ unam in *bellerbiki* (t) alteram in *telmeri* (u) pro patruo ſuo uualberto.

§. 374.

Tradidit brun XXX iugera pro uxore ſua haburg in *goldbiki* (v) et I manſum et II mancipia.

§. 375.

De villa
Bellerbi-
ki in pa-
go Hu-
uetigo.

(t) *Bellerbiki* collocatur ab abbate Sarachone in pago *Huuetigo*. Denotatur eadem villa, quæ ſupra (§. 256.) appellatur *Billurbeke* et (§. 97.) *Billurbechi*, quamque vicum *Bellerſen* ſeu *Beller* in episcopatu Paderbornenſi, olim vero in comitatu Sualenbergenſi, obuium, fuiſſe ſtatuiſimus (§. 97.) Ad eandem villam quædam tradidit poſta *Alsburg*, quam vxorem *Walberti*, nepotis *Widekindi Magni*, fuiſſe, arbitramur. Teſte loco alio (§. 256.) donat quædam, ad eandem villam ſita, quidam *Wibertus*, quem *Walberti* nepotem, e fratre *Bardone* natum, fuiſſe putamus. In hoc loco noſtro, qui præ manibus eſt, *Walbertus* appellatur patruus *Bardonis*, et hoc nobis anſam præbuit ſtatuedi, *Bardones* inter progenitores Sualenbergenſium comitum referendos eſſe. Nullus enim alius *Walbertus* intelligi poterit, niſi *Walbertus*, nepos *Widekindi Magni*, de quo iam pluribus egimus §. 104. not. (u) *Walbertum* illum cæli ſub auras prodiſſe anno circiter 803, offendimus ſupra §. 229. Si ergo ipſe circa annum 903 vitam cum morte commutauit, ſequitur, *Walbertum* diutinaſ duxiſſe vitam, prout ex traditionibus noſtris diſcimus. *Annales* editi eum referunt in monaſterio *Wildeshufano* eſſe ſepultum. Annum obitus ſcriptor eorum ignorauit.

De villa
Telmeri
in pago
Tilithi.

(u) Villa *Telmeri* erat in pago *Tilithi*, teſte Sarachone abbate. Indicatur vicus *Dölme* ad *Wiſeram* in principatu *Wolferbuttelenſi* ſitus. *Eccleſia* vici *Dölme* eſt filia eccleſiæ in *Rüle*. Locus vterque ſubeſt ditioni præfecturæ *Forſt*.

De villa
Goldbiki
in pago
Wikanauelde.

(v) *Goldbiki* villa tribuitur a Sarachone abbate pago *Wikanauelde*. Designatur *Golmke*, *Golmbach*, haud procul ſita a monaſterio *Amelunchsborn* in eadem præfectura *Forſt*. Ad comitatum *Euerſtein* eundem vicum olim ſpectaſſe, negari non poterit. Probant id litteræ *Ludouici comitis de Euerſtein* et *Ludolfi comitis de Daſle*, in quibus anno 1272 ipſi teſtantur, *Ottonem cognatum, filium comitis Hermannii, qui litem mouerat Amelungebornenſi cœnobio, nomine decime Goldbeccenſis a monaſterio prædicto XV marcas accepſiſſe in placito Huxarienſi, atque iuri ſuo renuntiaſſe, et ſpoſpondiſſe, renuntiaturos quoque ſuo tempore adhuc impuberes cognatos ſuos Bernbardum atque Albertum fratres.* Porro recognoſcit anno 1287 ipſo S. *Iohannis Baptiſtæ* die *Engelbertus comes de Euerſtein*, ſe, cum auus ſuus comes *Conradus de Euerſtein* cum filia ſua *Agnete*, quam religioni tradiderit, duos manſos ſitos in *Goltbeke*, eccleſiæ in *Bernighuſen* (hodie *Brenckhuſen* in diœceſi *Corbeienſi*) libere poſſidendos in perpetuum contuliſſet, huiusmodi piam donationem habuiſſe ratam, ſuique et patruſ ſui *Ludouici ſenioris comitis de Euerſtein* ſigilli munimine diploma voborari tuſſiſſe. Præterea renuntiauit *Otto*, comes de *Euerſtein*, omnibus actionibus et iuribus quæſitis, quas et quæ habere poterat in decimam, villæ *Goltbeke* confinem. Id teſtantur litteræ ſequentes. En illas.

Nos *Otto* dei gr̃a comes de *Euerſtein* recognoſcimus p̃ntibus publice proteſtantes, quod cum pleno conſenſu dñe *Luigardis* uxoris ñre nec non *hermanni* et *ottonis* filiorum ñr̃orum ac *Elisabeth* filie ñre omnimod. heredum ñr̃orum, quorum conſenſus de iure vel factò fuerat reſtendus, relaxam⁹ et quitum dimittim⁹ penit⁹ in his ſcriptis annuū cenſum ſcilicet ſex ſolidorū grauiū denariorū de curia uidelicet *reinleueſſen* religioſis viris dñō abbati et conuentui in *Amelungeborne* cum omnib⁹ p̃tinentiis de iure attinente quem cenſū in eadem curia credim⁹ nos habere item lapideum molendinum quod vulgariter dicitur *ſteinmole* iuxta villam *dolhem* ſitū eis religioſis pro remedio anime ñre reſtituim⁹ aſſignam⁹ et p̃petam⁹ cum uniuerſis et ſingulis eiufdem molendini

§. 375.

Tradidit herimannus II familiar pro se in *mulinbus* (w) in filuif et in
 aquis et quidquid habuit in loco.

et guber-
 nante
 Corbe-
 iam
 Bouo-
 ne II.

§. 376.

lendini fructibus et pertinentiis plene et pacifice perpetuo possidendum et in
 suos usus totaliter conuertendum ita tamen quod exinde annuum serui-
 tium consuetum predicto conuentui nostro nomine ministraretur. preterea nos et
 heredes nostri renuntiamus omnibus actionibus et impetitionibus si quas habe-
 re videmur in decima apud villam *Goltbeke* sita sed eadem decimam prefatis
 religiosis cum omnibus suis iuribus relinquimus libere et quiete perpetuo pos-
 sidentibus - - insuper nos *Otto domicellus* deus de *Buren* et nos *Gerhardus*
comes de hallermunt promittimus fide data nos omnino effecturos quod
hermannus et *otto filii* domini *ottonis* comitis sepe dicti cum ad annos discre-
 tionis puenerint ore et manu contentient plene libere et expresse
 omnibus articulis superscriptis. In robur et perpetuum testimonium omnium
 premissorum nos *Otto comes* memoratus pro nobis nostrisque heredibus sigillum
 nostrum presentibus duximus apponendum et nos *Otto domicellus* deus de *Buren*
 nec non nos *Gerhardus comes de hallermunt* predicti sigilla nostra presentibus appo-
 simus ad euentiam maiorem premissorum et memoriam firmitorem. Actum
 presentibus diebus *Conrado de Lubteringen canonico in buxaria*. *Borchardo de*
Stenem milite. *Floreken de holibusen*. *Lamberto de Brach*. et *Thiderico*
de keerto castellanis in castro *Pol* et famulis ibidem ac aliis quam
 pluribus fide dignis. Actum et datum in castro *Pol* feria quinta pro-
 xima post festum beatorum petri et pauli apostolorum anno domini
 M. CCC. VIII.

Ex his litteris patet, villam *Goltbeke* paruisse ditioni Euersteinsium comitum.
Bruno ergo, qui in eadem villa vnum mansum et duo mancipia habuit tradidit-
 que, ad progenitores Euersteinsium comitum referendus videtur. Cum vero
 in tota genealogia Euersteinsium *Brunonis* nomen non reperiatur, quod quippe
 in Genealogia Brunswicensium comitum crebro reperitur, *Brunonem* nostrum
 maluimus ad Brunswicensem, quam Euersteinsensem, gentem referre, illis tamen,
 qui contradicturi sunt, eandem, qua ipsi vsi sumus, libertatem ac licentiam ali-
 ter sentiendi non denegaturi. Potest preterea *Bruno* videri fuisse frater *Fol-
 bertii* ac filius *Thiadrici* eius, quem ducis Angariorum *Brunonis* nepotem dixi-
 mus §. 104. not. (n).

(w) *Mulinbus* villam existisse in pago *Suilbergi*, docet nos abbas noster Saracho in De villa
 Registro B. et P. A. C. Eam ergo probe discernendam esse statuimus a villa *Mulinbus*
Mulinbusen sita in pago *Istergowe*, atque a villa *Mulinbusen* in pago *Hessi*, de qui-
 bus egimus supra §. 220 et §. 237. Quoniam autem in loco reperiunda fuerit *Mulinbus*
 villa *Mulinbus*, olim in pago *Suilbergi* obuia, deliberauimus diu; sed oleum at-
 que operam perdidimus, donec amicus quidam per litteras suas nobis in me-
 moriam reuocaret, villam desolatam *Mellingbusen* seu *Mallibusen* olim in saltu
 Sollingano et comitatu Dasselensi inuentam fuisse, cuius etiam Io. Lertznerus
 meminert in *Chronico Dassel*. Lib. VII. p. 128. Quemadmodum itaque illi
 hic publice et pro merito persoluimus gratias: ita arbitrati sumus, nullum in
 eadem regione vicum melius respondere villae nostrae, quam vicum *Mellingbusen*
 seu *Mallibusen*, qui probabiliter riuo cuidam dicto *der Mallibusche Bach* nomen
 dedit. Riuus ille insluit Ilmam. Deinceps quaerimus merito, quis *Heriman-
 nus* fuerit ille, qui, quidquid habuit in eo loco, tradidit ecclesiae Corbeiensi. Si
 probabilitatem sequi licet, designatum suspicamus eum, qui supra (§. 356) ap-
 pellabatur filius *Reinholdi*, atque infra (§. 421.) *comes* dicitur. Is verisimiliter
 frater fuit *Raginoldi*, qui, restante §. 405, quadam tradidit sita ad villam *Len-
 githi* in pago *Logne*, pagensibus *Suilbergi* contiguo, cuius, vel ipsius *Heriman-
 ni*, filius fuisse videtur *Herimannus comes*, qui anno 1016 et postea comitatum
 suum in eodem pago *Logne* tenuit. Quemadmodum enim huic sententiae ra-
 tio temporis non repugnat, ita haec conglutinatio nostra nititur nominum simi-
 litudine